



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 26. Castellanorum Ordinum petita a Carolo

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

gem proclamavit, eidemque diadema Sæcul. XVI.  
 cunctis præsentibus imposuit; his pera-  
 ctis sequens articulus confecto desuper  
 speciali instrumento firmabatur, vi cu-  
 jus Joanna Regina pari jure cum Ca-  
 rolo suo Filio regni habenas modera-  
 retur.

A.C.1517.

## §. XXVI.

*Castellanorum Ordinum petita a  
Carolo.*

Supererant duo gravis admodum mo-  
 menti negotia a Senatu decidenda,  
 quorum primum erat, quid de Ferdinan-  
 do Infante Regis fratre agendum? al-  
 terum, ubinam Carolus solemnia Ordi-  
 num comitia primo celebraret, ac fidei  
 sacramentum a subditis reciperet; par-  
 enim eaque valida ratio tam Castellæ  
 quam Arragoniæ Regnis suffragabatur.  
 De primo igitur dubio decretum, quod  
 Carolus Rex Catholicus Ferdinando In-  
 fanti hæreditarios Germaniæ Status ce-  
 deret, ea tamen Lege, ut Patris, Matris-  
 que suæ hæreditatem missam faceret,  
 porro hæc portio non modo Ferdinando  
 erat proficua, sed insuper eidem viam  
 sternebat ad nuptias cum Hungariæ ac  
 Bohemiæ hærede ineundas. Alterum  
 ita decidebatur, ut Castellæ Regnum Ar-  
 ragoniæ præferendum, tum quod longe

R 4 poten-

**Sæcul. XVI** potentius esset, ibidemque Rex appul-  
**A G 15:7** lisset, tum quod Belgæ Ximenium Car-  
 dinalem utpote fatis jamjam erectum  
 haud ultra pertimescerent. Nihilominus  
 Castellani ægerrime ferebant, quod Ca-  
 rulos in eorum patria Magistratum ho-  
 nores Arragonensibus, Belgisque defer-  
 ret, quapropter in hisce comitiis Valli-  
 soleti celebratis Regem inducere adlabo-  
 rabant, ut juramento promitteret, quod  
 alienigenis nunquam publica concessu-  
 rus officia, nec pecunias extra Regni fi-  
 nes transferri passurus foret. Diu acri-  
 terque hac super re disceptatum, tandem  
 vero crebra deliberatione ultro citroque  
 habita, petitionis asperitas ad Regis vo-  
 ta hunc in modum temperata est: I.  
 Ambo hi articuli instrumento inserantur;  
 II. Rex Catholicus duntaxat generatim  
 juret, se pro more Prædecessorum suo-  
 rum illos adimpleteurum. Hac ratione,  
 cum tota Castellanorum petitio nonnisi  
 novitas esset, quam introducere tentabant,  
 Rex juramenti sui Religione nullo pa-  
 sto obstringebatur.

### §. XXVII.

*Ferdinandus Infans ad Cæsarem  
 missus.*

**H**is ita compositis, de Infantis discessu  
 agebatur. Haud parum repugna-  
 bat